

fundus adjectus causa solutionis non minuit, auget, neque auerit virtutem, vel substantiam debiti, & eadem ratione si talis res, vel fundus non sufficiat ad quantitatem solvendam, adhuc debetur tota quantitas eadem ratione, & in terminis textus est formalis, & expressus in l. quidam testamento, ff. de legat. r. textus in l. Lucius, ff. de alim. & cib. legat.

Non d. infero, quod si debitor alienavit bona sua in fraudem creditorum, & emptor, vel particularis successor alienavit in tertium, creditor non poterit agere contra illum tertium particularem successorem, & in expresso ita probat textus notabilis in l. qui a debitore, ff. qua in fraud. cred. & ibi Bart. Alber. qui bene loquitur in l. ait prator, §. fin. eod. tit. Decimo infero rationem veram decidendi ad lemporem, C. locati, cum similit. ubi habetur, quod emptor, vel particularis successor non tenetur stare colono. Undecimo infero rationem etiam decidendi ad textum cum materia in l. quotiens, C. de rei vend. ubi habetur, quod si quis vendat rem duobus, ille praefertur cui res prius est tradita. Duodecimo infero, quod si quis vendat, donet, vel alio titulo transferat suam rem in aliquem cum pacto de non alienando, tale pactum, actio vel obligatio non afficit rem, nec impedit ejus alienationem, de quo aliis suo proprio loco dixi.

22. Unum tamen est quod licet actio, vel obligatio personalis etiam causata, & emana a respectu rei non transeat ad particularem successorem ejus, tamen perempta, & extincta ipsa re, cujus occasione vel respectu fuit causata & producta bene extinguitur, & finitur ipsamet obligatione, & debitor remanet liberatus; textus est in l. Tertia rextore, fin. §. de legat. 1. ubi habetur, quod si testator legavit servum, vel rem duobus in solidum, quo casu una debetur res, alteri vero affirmatio, data electione ei qui prius litem contestetur, & talis res pereat antequam alicui sit facta solutio: vel post extinguitur, & finitur illa actio & obligatio personalis ad pretium qua tenebatur haeres gravatus, & sic debitor possit solvere servum vel rem si viveret, vel extaret, & liberaretur; & ad hoc illum textum notat & commendat ibi Bartol. Alberic. Bald. Angel. Paul. mol. Alexand. Jaf. idem etiam probat textus in l. quidam testam. §. si tibi, eod. titul. de legat. 1. textus in leg. silensiam. §. fin. eod. titul. textus in leg. electio, §. si is quem, ff. de noxal. ubi disponitur, quod si servus alicujus fecit alteri damnnum quo casu dominus tenetur solvere damnnum, vel dare servum proximo, tamen si talis servus decedat, & moriatur, statim ipso jure dominus liberatur, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doct. N. c. obstat, quod quando plures res alternatim debentur, una perempta alia remanet in obligatione & solvi debet, l. Strichum, aut Pamphilius, ff. de solut. cum similit. quia illud est verum, & procedit, quando utraque res principaliter est in obligatione, secus vero, quando una principaliter est in obligatione alia in solutione, ut in nostro casu, quia perempta re liberatur ab ipsa solutione, valore, & affirmatione, facit etiam textus in l. 1. in fin. C. de jure emphyteutic. ubi disponitur, quod perempta re emphyteutica, liberatur quis ab illa obligatione, & solutione census, vel pensionis; textus certe bene notandus leg. in nave Saupheli, ff. de locat. quem in suo casu summe notat & commendat Bartol. Paul. & communiter Doctor. Nec praedictis obstat textus in l. fin. C. de peric. & com-

mod. rei vendit. ubi disponitur, quod perempta re vendita non liberatur emptor a solutione praetii, sed tenetur solvere, etiam si non fuerit sibi tradita, & ibi communiter Doctores. Ex quo inferitur, quod licet resolutio contractu ex una parte ex conventionem, & voluntate partium resolvatur ex alia, l. bona fides, ff. de action. empt. & l. fin. ff. de accept. tamen secus est, quando resolvitur ex una parte propter casum fortuitum, & interitum rei, quia tunc non resolvitur ex alia, quia principali difficultati d. text. in d. l. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. respondeo, quod illa obligatio est pura, & simplex, & non respectiva, quia ipso quod contractus fuit perfectus, & absolutus, venditor tenetur ad rem, emptor vero ad pretium; unde re perempta venditor liberatur, emptor vero non, sed tenetur ad pretium. Confirmatur etiam ex textu cum materia in l. quod te mihi, ff. si ceter. per. ubi habetur quod perempta substantia, & patrimonio debitoris non liberatur a debito. Item etiam obligatio personalis ad quantitatem, & res ipsa, cujus respectu emanavit, non concurrunt in eadem persona, sed in diversis in difficultate proposita, quia venditor tenetur ad rem ex sua propria obligatione, emptor vero ad pretium, alia distincta obligatione, unde perempta re liberatur venditor, emptor vero non. Sed in juribus superioribus unus & idem debitor tenetur ad quantitatem occasione & respectu rei existentis penes eum, & concurrunt in eadem persona ipsa obligatio personalis, & ipsa res cujus occasione emanavit obligatio personalis, & solutio rei poterat obligari ab obligatione personali, unde merito perempta re, quae erat penes se liberatur ab obligatione quantitatis, & tunc proprie dicitur obligatio respectiva; nec obstat etiam textus notabilis & subtilis in l. sed ultro, §. de neg. gest. & in l. sine hereditaria, eodem titul. ubi habetur quod si quis gessit negotia mea, & fecit expensas in aliqua re mea, & postea pereat, illi tenor solvere quantitatem, vel pecuniam, quam expendit, nec liberor ista obligatione personali propter interitum rei; licet ejus occasio emanavit obligatio; quia notabiliter respondeo, quod ratio est, quia ibi non est obligatio respectiva respectu rei, quia principaliter ille fecit sumptus, & expensas ratione, & occasione mea persona, non vero ipsius rei. Item etiam non erat res in solutione, ut eam solvendo evitarem debitum quantitatis, ut in juribus superioribus, ideo merito non liberor ab obligatione personali, & in expresso ita tenet, & declarat Bald. & alii Doctores in dist. l. sed an ultro, §. 1. ff. de negot. gest. Secundus principalis effectus est, quod pro tali servitute promissa, & nondum constituta non competit, nec potest competere confessoria, si turbetur vel molesteretur ab aliquo, nec aliquo remedium, vel interdictum possessorium, sed illa remedia tantum habent locum, quando servitus jam realiter est constituta, ut infra latius dicitur. Aliud est ipsa servitus, realiter constituta, & tradita, quia tunc acquiritur jus reale servitutis, & ista proprie dicitur & vocatur servitus, de qua loquitur materia nostra.

Pulchrum tamen, & subtile dubium est, 23. qualiter fiat traditio in istis servitutibus, & juribus incorporalibus? & magistraliter, & resolutive dico, quod dupliciter potest fieri. Primo modo, quando creditor cui est promissa servitus, & habet titulum in ea, mittitur, vel inducitur

in fundum, qui debet servitute de voluntate domini constituitis. Alio, & secundo modo, quando talis creditor, qui vult acquirere servitutem, utitur cum scientia, & patientia debitoris, ita probat textus capitalis & expressus in l. servitute vestire, dare, ff. de usufruct. Cujus verba sunt: Dare autem intelligitur, si induxerit in fundum legatarium, eum vero paliat uti frui, textus in l. quotiens, la secunda, ff. de servit. textus in l. 1. versiculo, traditio, ff. de servit. rustic. praed. text. in l. si a te, ff. de servit. vend. textus in l. si ego, §. 1. ff. de publiciana, textus in l. 2. C. de servit. & aqua, text. in l. via, iter, ff. de servit. rustic. text. in l. si partem, ff. quemad. servit. amittant. & circa quemlibet articulum, & modum inserto, quia, est singularis, & subtilis, & non bene difficulus, nec declaratus. Primus igitur modus est, quando creditor cui est promissa servitus, mittitur in fundum qui debet servitute, ut probant praedicta jura, & in h. terminis ita tenet Innocent. in c. in litteris, de rebus spoliatis, 2. col. n. 6. idem Innocent. in cap. de immuni. Eccles. Bald. in l. 1. Cod. de servit. & aqua, 1. col. n. 1. item Bald. in l. 1. eod. tit. 3. col. & idem Bald. in c. querelam, de electione, 3. col. n. 1. Paul. de Calt. in l. via iter, ff. de servit. idem Paul. in l. 1. ff. de adquirend. po. ess. 1. col. n. 1. idem Paul. in l. 3. §. si iter ff. de action. empt. idem Paul. in l. corrutionem, C. de usufruct. 2. col. Romanus in l. 2. infra isto titul. 1. col. n. 6. Socin. in §. & harum, ejusdem legis, Angel. de Aret. in §. fin. Infr. de offi. judicis, fin. col. Ripa in c. cum Ecclesia de caus. po. es. & prop. Sed Advertendum, quod ista sententia & conclusio non videtur bene probari ex praedictis juribus, & non videtur posse assignari congrua ratio: jura enim illa non probant, quia debent intelligi copulative, ut requiratur ingressus fundi, & similiter usus servitus, vel juris cum scientia adversarii & dictio alternativa posita in dictis juribus, vel aliquibus eorum debet sumi copulative, ut sepe sapienter sumitur pro concordia & intellectu aliorum jurium, argumento text. in l. si ita facta sit exhereditatio, ff. de injusto rupto, cum similibus. Constituitur etiam ratione, quia diversus est ipse fundus a jure incorporali servitutis, vel alterius juris, quod in eo debet quaeri, argumento text. in l. 3. cum materia, ff. de adquirend. poss. text. in l. 3. §. iter ff. de action. empti, text. in l. quotiens, ff. de servitute, text. in l. servitutes, la 1. eod. titul. text. in l. sequitur, §. si viam, ff. de usufruct. Et ex his forte licet sic non confiderentur, reperio quod Aretinus in l. 3. de adquirend. poss. 1. & 2. col. n. 1. subtiliter quidem tenet contrarium, imo, quod istud jus incorporale servitutis, & ejus possessio non acquiritur per ingressum, vel inductionem in fundum, sed requiritur usus ipsius juris, & servitutis cum scientia, & patientia adversarii per textum expressum, qui istam regulam ponit in l. quotiens, la 2. ff. de servitute: Cujus verba sunt: Ego puto usufructum ejus juris pro conditione possessionis accipiendum esse, & sic illud ponit pro necessaria, resolutiva forma, eandem etiam ponit textus in l. 2. Cod. de servitute, & aqua: idem etiam tenet Aretinus in leg. quod meo, eodem titul. de adquirend. poss. 1. col. n. 1. idem Aretinus in l. 2. §. & harum, infra isto tit. tenet etiam Socinus in d. l. 3. eod. titul. de adquirend. poss. 1. col. n. 1. ubi valde commendat. Verum tamen est, quod ex tali ingressu, & inductione in fundum bene quaeritur jus reale servitutis; non tamen aliqua possessio vel quasi,

quod declaro isto modo: nam sicut potest quis acquirere dominium sine possessione ex sola traditione, vel apprehensione rei corporalibus sine possessione ejus, ut in l. si fundum, ff. de fundi dotali & ibi Doct. & in l. eum res, Cod. de probat. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores ita potest quis acquirere jus corporale servitutis, vel alterius juris dominium, & proprietatem ejus per ingressum, & inductionem in fundo sine acquisitione possessionis ejus, cum sit jus distinctum unum ab alio, & ita intelligantur jura superioris adducta, & ista est intentio Aretini, & Doctor. ubi supra. Sed his non obstantibus resolutive teno primam sententiam & conclusionem supra positam, scilicet & confirmatam: imo quod tam jus reale servitutis, vel alterius juris, quam etiam possessio plena, & perfecta acquiritur per ingressum, & inductionem in fundo sine aliquo usu, vel exercitio, primo per textum capitalem, & expressum in dist. l. 3. §. dare, ff. de usufruct. cum aliis supra allegatis, quibus responderi non potest. Secundo probat textus expressus in l. 1. vers. traditio, ff. de servitute, rustic. praed. cujus verba sunt: Traditio plena, & patientia servitutum inducit officium judicis, & sic textus ille ponit illos duos actus tanquam diversos, & separatos, ex quibus resultat possessio. Tertio probat casus formalis in l. §. 1. ff. de ubi, cujus verba sunt: Si de usufructu traditio agatur, publiciana datur, idemque de servitutibus per traditionem constituitur vel per patientiam, & sic manifeste probat, quod sola traditio, vel inductio rei sufficit. Quarto scit text. unicus secundum Paul. & Doctor. ibi, in l. si partem, ff. quemad. servit. amitt. ubi habetur, quod quando pro usu, & exercitio servitutis requiritur aliquod opus, vel factum in re serviente, non quaeritur jus incorporale servitutis, neque ejus possessio antequam realiter fiat; ergo aperte valet, quod ubi aliquo opus, vel factum non requiritur, sufficit sola traditio vel inductio in fundum, & ad hoc in propriis terminis notat ibi solus Paul. de Calt. & reparat singularem & unicum. Confirmatur ista sententia & conclusio, clara, & subtili ratione, quia malitiosus videmus in jure nostro, quod ex apprehensione, vel traditione unius rei inferitur, & causatur acquisitio juris, & possessionis in alia penitus diversa, text. est subtiliter adductus in l. 1. de donat. unctis commun. opin. ubi disponitur, quod facta traditione instrumenti censetur facta traditio rei etiam existentis in absentia, text. in l. clavibus, ff. de contrahend. empt. ubi habetur, quod facta traditione clavium quaeritur dominium, & possessio rerum quae continentur sub eis; ergo ita dicamus in nostro casu, quod per traditionem & inductionem in fundo quaeratur jus servitutis, & possessio eius; nec placet mihi concordia quam in hoc articulo ponit Innoc. in cap. in litteris, de restruct. spo. lat. fin. col. n. 12. & Anton. de But. in cap. fin. de causa possess. & propriet. 7. col. n. 22. Anchar. in regula, sine possessione, de reg. jur. lib. 6. qui tenet, quod in usufructu sufficit ingressus & sola inductio in fundo, & ita intelligantur jura primo loco adducta, scilicet text. in l. 3. §. dare, ff. de usufructu cum similibus, sed in aliis servitutibus tam rusticis quam urbanis non quaeritur jus nec possessio per ingressum, & inductionem in fundo, sed necesse est requiratur usus acquirentis cum scientia & patientia adversarii, & ita intelligatur text. in d. l. quotiens, la secunda.

duff. de servitutibus, cum similibus, & ultra eos confirmari potest ex tex. in l. 4. ff. de usufructu, ubi dicit, quod usufructus est pars domini: ergo merito queratur per apprehensionem fundi: rursus etiam confirmari potest ex tex. in l. naturaliter ff. de acquir. poss. ubi habetur, quod usufructuarius naturaliter fundum in quo habet usufructum quod non est in aliis servitutibus, & juribus incorporalibus, sed licet ista concordia videatur singularis, & subtilis, tamen non potest de jure procedere per jura: & fundamenta superius per me adducta: sic teneo prædictam meam superiorem sententiam, & conclusionem, quod tam in usufructu, quam in aliis servitutibus, & juribus incorporalibus indistinctè queratur jus, & possessio ejus per traditionem, & inductionem in fundo sine aliquo usu, vel exercitio; pro qua mea sententia, & doctrina, contra prædictos Doctores, & eorum concordia considero textum novum; & expressum ab alio non consideratum in leg. via, iter, ff. de servitutibus, ubi dicit, quod servitus realis, vel aliud jus incorporale acquiritur eisdem modis quibus usufructus; probat etiam tex. in l. si ego, §. 1. ff. de publiciana, ubi similiter equiparatur acquisitio juris, & possessionis tam in usufructu, quam in cæteris servitutibus.

Secundus igitur modus per quem acquiritur jus reale servitutis, & possessio ejus est per usum, & exercitium cum scientia, & patientia domini ipsius prælii, vel fundi servientis, textus est formalis & expressus in l. quotiens, la 2. ff. de servitutibus. Cujus verba sunt: Ego puto usum ejus juris pro traditione possessionis accipiendum esse, ideoque interdicitur velus possessoria constituta sunt: & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Alber. Paul. & communiter Doctores. tex. in l. 2. Cod. de servitutibus, & aqua, & in dict. l. 3. §. dare, ff. de usufructu, cum similibus supra allegatis. Ex quo deducitur & inferitur, quod si acquiritur servitute habeat titulum à domino, secuta quasi traditione per usum cum scientia & patientia ejus, statim acquiritur jus reale servitutis, vel alterius juris incorporalis, & similiter possessio ejus sicut transit in rebus corporalibus per veram traditionem: si vero non habet titulum à domino, sed tantum utitur servitute cum scientia & patientia ejus, bene poterit præscribere tempore legitimo ordinaria, quia in tali præscriptione non requiritur titulus ab aliquo, cum tractetur de modico præjudicio textus est in l. si quis disturno, ff. si servit. vendit & ibi communiter Doctores. tex. in l. 1. Cod. de servitutibus & aqua, & ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Bartol. Alber. Bald. Paul. & communiter Doctores. & adde, quod ratio per quam in servitutibus, & juribus incorporalibus l. requiritur scientia & patientia domini, ad querendum dominium interveniente titulo, vel ad præscriptionem, non interveniente titulo, & similiter ad possessionem querendum est, quia quando habet titulum, & utitur re sine scientia & patientia domini, dominus non videtur tradere, cum ignoret, & acquiritur censetur prædari, argumento tex. in l. si ex stipulatione, ff. de acquirenda possessione, ita Paul. quem alii sequuntur in l. si à te ff. si servit. vendit. Si vero non habet titulum, sed vult præscribere, ex quasi possessione, quæ resultat ex usu & exercitio, tunc etiam ideo requiritur scientia, & patientia domini, quia cum dominus plene possideat rem, non potest dici negligens nec in culpa si eo ignorante quis utatur aliquo jure & exer-

citio servitutis, unde merito requiritur ejus scientia & patientia, ita singulariter Lunoc. in c. conquerente, 2. column. de offic. ordinar. Bald. in l. 1. Cod. de servit. & aqua, 4. column. num. 18. & ibi communiter Doctores.

Ex m quibus infero singulariter, quod si res illa vel fundus non possideatur à vero domino, sed à quodam tertio, & præscribens servitute habet titulum ab illo tertio, non requiritur scientia & patientia domini, sed sufficit quasi possessio habita ab illo tertio, non domino, scilicet per traditionem, & inductionem in fundo, vel usum cum scientia & patientia ejus, probat aperte tex. in l. si ego, §. 1. ff. de publiciana, probat etiam text. in l. fin. Cod. de longi temporis prescriptione, & in expresse ita tenet Paul. in l. servitus la 4. ff. de servit. 3. column. reputans esse singulare & quotidianum. Idem Paulus in l. si qui disturno, ff. si servit. vendit. Idem Paulus in l. 2. Cod. de servit. & aqua: tenet etiam & sequitur Felia. in cap. de quarta, de prescriptione. fin. column. Jal. in leg. 1. ff. de acquirenda possess. Franc. Bald. in tract. prof. fol. 214. column. & ante eos Petrus de Bella perita in l. 2. Cod. de servitutibus & aqua. Ex quibus etiam singulariter & subtiliter inferitur quod in servitutibus & juribus incorporalibus datur quasi possessio naturalis & civilis: naturalis dum actus ipsius servitutis exerceatur, civilis illa quæ retinetur in animo, sine aliquo actu, vel exercitio, & in terminis ita tenet magistraliter Bartol. in l. 1. ff. de acquirend. poss. 4. column. num. 1. & ibi Aetinus, 10. column. num. 26. Alexander, 15. column. num. 6. Jal. 17. column. num. 63. Ripa 11. column. num. 39. Alber. in l. acquiretur, §. si quis, de acquir. rerum dom. Bald. in leg. nemo, Cod. de acquir. possessio. 2. column. num. 4. Innocent. & Canonista in cap. in literis, de restitu. spoliat. prædicta tamen debent intelligi, quando servitus promittitur, vel debetur ex contractu: secus autem si relinquatur in ultima voluntate, quia tunc statim ipso jure queritur legatario, & transit in eum jus reale servitutis, sine aliqua traditione, vel quasi: textus est formalis & expressus in leg. si partem versio. final. ff. quem adm. servit. amitt. & ibi ad hoc notat & commendat. Gloss. ordinaria, Bartol. Alber. Odofred. Bald. Angel. Paul. Florianus, Fulgos. & communiter Doctores. Bald. in l. 1. Cod. commun. de legat. 4. col. idem Bald. in leg. unica, §. exceptio, 2. col. Cod. de caduc. vol. Bartol. in l. binas ades, ff. de servit. urb. præd. idem Bartol. in l. 1. ff. de leg. 1. 3. column. num. 6. & ibi Socinus & Moderni, Rofredus in libellis suis in rubr. de actione confessoria, 2. col. Glossa ordinaria in l. 1. §. si vi frui, ff. de vi, & vi armat. & ibi Doctores. Gloss. etiam ordinaria in l. corruptionem, Cod. de usufructu, & ibi Doctores.

Dubium tamen pulchrum est circa prædicta, quare possessio quaerita in servitutibus & juribus incorporalibus non dicitur vera & propria sicut in rebus corporalibus mobilibus vel immobilibus sed dicitur quasi possessio impropria; sed respondeo quod in rebus corporalibus potest res naturaliter apprehendi, & ex illo actu resultat vera & propria possessio, sicut de jure naturali detentatio, sed in rebus incorporalibus non potest dari illa naturalis apprehensio, adeo est impropria.

Item etiam principaliter quero, qualiter præscribantur servitutes? & certe erit articulus valde subtilis & necessarius, in quo magistraliter & resolutivè

solutive dico, quod servitus personalis nullo tempore præscribitur, unde si quis habeat hominem liberum tanquam servum bona fide per tempus, vel plures annos non potest præscribere eum; text. est in l. fin. C. de longi tempor. pres. qua pro lib. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, tex. in l. usucapionem ff. de usucap. tex. in §. sed aliquando, l. si sit, equit. & idem disponit lex 6. cirul. 29. 3. part. quod extende, ut procedat etiam si habet eum cum titulo, quia fortè bona fide emit ab aliorita tenet & fundat Salyc. in d. l. fin. libertas verò præscribitur per 20. annos cum bona fide; unde si servus fuit in possessione libertatis bona fide per 20. annos continuos, præscribet libertatem contra dominum etiam sine aliquo titulo tex. est in l. 2. Cod. de longi temp. pres. qua pro liber. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & licet non fiat differentia presentie vel absentie, tamen de jure regio procedit præscriptio libertatis per decem annos inter presentes, & 30. inter absentes: ita disponit lex 7. tit. 22. 4. part. & lex 23. tit. 29. 3. part.

25 Servitus verò mixta, ut est usufructus, præscribitur per decem annos inter presentes, & viginti inter absentes, cum titulo habito à non domino, & bona fide, vel per triginta annos sine aliquo titulo sicut res immobilis, text. est formalis, & expressus in l. fin. versio. fin. C. de prescrip. tione longi temporis, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores facit etiam tex. in l. si ego, §. 1. ff. de publ. ubi dicitur, quod pro usufructu datur, & competit publiciana, ergo præscribitur, argumento tex. in l. cum qui, eod. tit. Advertendum tamen quod videtur, quod usufructus non præscribitur, cum habet causam discontinuam, cum semper possessor non utatur, & fruatur usufructu, sed semel in anno, vel ex alio maximo intervallo, ergo non possit præscribi tempore prædicto ordinario, sed immemoriali tanquam servitus discontinua, cum quotidie interrumpatur possessio. Sed notabiliter respondeo, quod licet actus percipiendorum fructuum sit discontinuus, tamen possessio, mediante qua percipiuntur: quæ refidet in persona fructuarii est continua, & ideo mediante illa possessione civili quæ est continua animo suo præscribit usufructum: & iste est verus intellectus hujus articuli, & in expresse item sententiam, & declarationem ponit Bartol. in l. iusto, §. non mutat, ff. de usucap. & ibi Paul. de Caltr. & communiter Doct. Bald. Paul. & alii Doctores. in l. fin. C. de longi temporis pres. Cynus in l. 2. C. de servitutibus & aqua, 6. quest. & ibi communiter Doct. Paul. de Caltr. singulariter in l. servitutes la 4. de servitutibus pen. col. Cæpolla in tract. servit. lib. 1. c. 19. fin. column.

Item etiam advertendum quod adhuc videtur, quod talis usufructus non præscribitur quia in eo non datur aliqua possessio civilis quæ est necessaria in præscriptione, sed tantum datur possessio civilis quæ est necessaria in præscriptione, sed tantum datur possessio naturalis, quam habet usufructuarius in ipso fundo vel res in l. naturaliter ff. de acquir. poss. quæ non sufficit ad præscribendum, ut probat textus in l. acquiretur, §. si quis, ff. de acquir. rer. dom. & est Gloss. singularis, & expressa in l. 1. C. de servit. fugitivis, in fin. & ibi communiter Doctores. & tradit plene Bart. & Doct. post Gloss. libi in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. Sed huic difficultati respondeo primo modo, quod in nostro casu fructuarius præscribit mediante illa possessione naturali quam habet in

ipsa re, vel fundo, & in terminis tenet ita Bart. in l. 3. ff. de acquir. possess. column. quest. 1. & in l. 1. eiusdem tituli, 3. column. n. 9. sed ista solutio aperte est falsa, quia sine civili possessione non procedit aliqua præscriptio.

Item etiam quia illa possessio naturalis quam habet fructuarius est tantum in ipso fundo, de cuius præscriptione non tractatur, sed tantum de præscribendo ipso usufructu, & jure incorporali: unde secundo modo vere, & subtiliter respondeo, quod talis possessio usufructus, non præscribit usufructum mediante possessione naturali, quam habet in re vel fundo, sed mediante possessione civili quam habet in illo jure usufructus & præscribitur, quia talis fructuarius habet possessionem naturalem in fundo, & naturalem & civilem in ipso jure corporali usufructus, & ex illa quasi possessione civili causatur præscriptio, ita probat tex. in l. iusto, §. 1. ver. item ei, ff. ex quib. causatur, & ibi Bart. Alb. & communiter Doctores. tex. in l. 3. §. qui usufructus, ff. de vi, & vi armata, & ibi notat Angel. & alii Doctores. textus in l. si plures, §. dejectum, eodem tituli, tex. in l. acquiretur, §. fin. ff. de acquirendo rerum domino, tex. in l. quotiens, la 2. ff. de servit. tex. in l. sicut, §. Aristo, ff. si servit. ven. & n. quod ex sola civili possessione causetur præscriptio, & non ex naturali, tenet Gloss. reperta singularis in l. 1. in fin. 1. od. de servit. fugitivis, & ibi communiter Doctores. Tenent etiam communiter Doctores in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquirend. poss. Confirmatur novè & subtili ratione, quia omnia ista jura incorporalia & servitutes continuè præscribantur tempore ordinario, ut usufructus, ut in dict. l. fin. Cod. de prescriptione longi tempor. & talis præscriptio non procedit sine possessione, sed ibi non datur aliqua possessio in ipsa re, vel fundo: ergo præscribitur mediante possessione quæ est in illa servitute, & jure incorporali. Et quo singulariter & utiliter inferatur, quod eodem modo, & tempore potest præscribi jurisdictio in alieno territorio: nam si quis cum titulo habito à non domino; & bona fide exerceat jurisdictionem in territorio alterius per decem annos inter presentes, vel viginti inter absentes, vel per triginta sine aliquo titulo, præscribit jurisdictionem mediante civili possessione, quæ est in animo suo in illo jure incorporali, & intellectuallj jurisdictionis; & licet actus jurisdictionis non sit continuus, nec usus, & exercitium ejus, tamen cum præscribitur ratione civilis possessionis, quæ est in animo suo, illa est continua, & per consequens ex ea causatur præscriptio tempore legitimo, & ordinaria, & in expresse ita tenet & declarat Bartol. in l. iusto §. non mutat, ff. de usucap. & ibi Paulus de Caltr. & communiter Doctores. Bald. & alii Doctores. in l. fin. C. de longi temporis pres.

Servitus verò mere realis continua, vel quasi, ut tigni immittendi oneris ferendi stillicidii, aqueductus, vel similibus, præscribitur per decem annos inter presentes, & viginti inter absentes, veniente tamen bona fide, non o tamen requiritur titulus, quia agitur de modico præjudicio; tex. in l. si quis disturno, ff. si servit. vend. text. in l. foramen, ff. de servitutibus urban. præd. tex. in leg. 1. & 2. Cod. de servit. & aqua, & utrobique Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, & idem disponit lex 16. tituli, 3. 2. 1. part. requiritur tamen necessariò scientia; & patientia adversarii contra quem præscribitur, quia ex hoc causatur possessio, vel quasi in juribus incorporalibus de qua

resoluit præscriptio, textus est in l. quous, la 2. ff. de servit. tex. in l. 1. Cod. de servitutibus & aqua, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, & sic præscribens debet esse cautus in alleganda, & probanda scientia, & patientia domini ultra usum, & exercitium servitutis & tempus ejus, quia aliàs non obtinebit, Cujus ratio vera, & concludens est, quia cum dominus possideat suam rem, non potest dio negligens, vel in culpa, nec est quod ei imputandum sit, si ignorante eo alius utatur servitute, unde merito ante non cavetur aliqua præscriptio, & in terminis istam rationem ponit Innocentius in cap. conquerente, de officio ordin. 2. colum. num. 3. Bald. in cap. querelam, de electione, 2. colum. idem Bald. in l. 2. Cod. de servit. & aqua. 4. colum. n. 18. Adde tamen, quod si in præscribenda tali servitute continua, vel quasi, interveniet titulus habitus à non domino, non requiritur scientia, vel patientia adversarii contra quem præscribitur, sed sufficit tempus 10. vel 20. annor. cum bona fide, ita probat text. notabilis & expressus in leg. fin. Cod. de præscr. longi temporis, ubi dicitur, quod sicut res corporales immobiles præscribuntur tempore ordinario 10. annor. inter præsentis, & 20. inter absentes mediante titulo, & bona fide, nulla interveniente scientia adversarii contra quem præscribitur, ita etiam usus fructus & cetera servitutibus, cujus verba sunt: Eodem observando, & si res non solus sint, sed incorporales, que in jure consistunt, veluti usufructus & cetera servitutibus: probat etiam text. in l. si ego, §. 1. ff. de publiciana, & in expresse per ista jura istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. ubi reputat singulare, & quotidianum in l. servitutibus, la 4. ff. de servit. 3. colum. vers. 4. requiritur, idem Paul. in l. 2. Cod. de servitutibus & aqua, 2. colum. num. 3. & ibi Petrus, Cynus notabiliter §. 3. colum. 7. quæst. post Petr. quem ipse allegat, Capol. in tract. de servit. lib. 1. cap. 20. 2. col. vers. 1. fallit. Bald. ubi reputat notabile in §. prædiorum, Insit. de servit. fin. col. penult. quæst. Ja. in l. 1. ff. de acquirend. possess. 15. col. n. 65. Anton. de Butt. in cap. perveni de censibus, 6. col. vers. 1. exigitur, Franc. Baldus in tractatu præscr. in 2. part. 4. par. principalis 1. quæstione, fin. col.

b Servitus b verò realis merè discontinua, utiter, actus, via, non præscribitur tempore ordinario, sed immemoriali, quia ejus possessio non potest esse continua, sed quotidie interruptitur, text. est capitalis, & expressus, in l. servitutibus ff. de servit. & ibi Gloss. ordinaria, Bartol. Paul. & communiter Doctores, text. in l. hoc jure, §. ductus aqua ff. de aqua quotidian & astiva, cujus verba sunt: Ductus aqua cujus origo, memoriam exceperit juris constanti loco habetur, text. in l. 1. §. fin. vers. si tamen, ff. de aqua plu. arcend. text. in cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signific. text. in cap. 1. de præscr. lib. 6. facit etiam text. in cap. hæc qui penult. 3. quæst. 7. textus in cap. conquestus 3. quæst. 6. textus in cap. mos antiquus, §. 5. distinct. & idem expresse disponit lex. 6. tit. 3. 1. 3. part. & adde, quod illa proprie non est præscriptio sed potius titulus, vel concessio adversarii quæ præsumitur etiam tempore, ita probant prædicta jura, & tenent expresse Paul. in dict. l. servitutibus, la 4. ff. de servitutibus & aqua, 2. colum. num. 10. & ibi communiter Doctores idem Paul. in l. justo, §. non mutat. ff. de usufructu. Item adde, quod in hac præscriptione immemoriali non requiritur scientia, & patientia adversarii, ita probat text. juncta Gloss. ordinaria in dict. l. hoc jure, §. ductus aqua, ff. de

aqua quot & astiva, & ibi notat & commendat Angel. de Perus. & alii Doctores. Paul. de Castr. in dict. l. servit. penult. colum. in medio, Ja. in l. Imperium, ff. de jurisdic. omnium judic. 10. colum. n. 21. Felin. in cap. de quarta penult. col. de præscr. Franc. Bald. ubi dicit, hanc esse magis communem opinionem 2. part. par. principalis, 1. quæst. penult. colum.

Advertendum tamen ad unum valde singulare, & quotidianum, quod licet servitus discontinua non præscribitur nisi tempore immemoriali, ut supra dictum est, tamen illud est verum, quando præscribens non habet titulum ab aliquo tercio, secus tamen si habet, quia tunc bene potest eam præscribere tempore legitimo, & ordinario 10. annor. inter præsentis, & 20. inter absentes, etiam nulla interveniente scientia, & patientia adversarii contra quem præscribitur, sicut dicimus in servitute continua, vel quasi, ita probat textus formalis, & expressus in dict. l. fin. vers. fin. Cod. de præscriptione longi temporis, ubi dicit quod sicut res corporales immobiles præscribuntur tempore ordinario 10. annor. inter præsentis, & 20. inter absentes cum titulo, & bona fide nulla interveniente scientia adversarii: ita etiam præscribitur usus fructus, & ceteræ servitutibus: ergo non magis continua; quam discontinua, probat etiam text. in l. si ego, §. 1. ff. de publiciana, & in expresse per ista jura istam sententiam & exclusionem tenet de Castr. in l. servitutibus, la 4. ff. de servitutibus, pen. col. ubi hoc reputat singulare Capolla in tract. de servitutibus libro primo, cap. 19. fin. col. vers. servitus casus Franc. Bald. in tractatu præscr. in 2. part. 4. par. princ. 1. quæst. 2. col. vers. 2. fallit. Fel. in cap. de quarta præscr. pen. col. in fin.

Item adde, quod libes fer. itus realis continua vel quasi, præscribitur tempore ordinario 10. annor. inter præsentis, & 20. inter absentes, ut supra dictum est, tamen illud debet intelligi in servitutibus affirmativis, per quas quis intendit aliquid in alieno facere jure servitutis, ut tigni immittendi, oneris ferendi, silliciei & similibus: nam tunc præscriptio incipit currere à tempore quo quis incipit uti prædicta servitute. Secus tamen est in servitutibus negativis, ut altius non tollendi, vel non ædificandi, & similibus: quia tunc præscriptio non incipit currere, nisi à tempore quo intervenit prohibicio ex parte præscribentis contra volentem ædificare, unde si per mille annos domus vel fundus extaret expressus sine illo ædificio, & postea dominus ejus velit ædificare, licet possit, nisi lapsus sit decennium inter præsentis, vel 20. anni inter absentes: post illam prohibitionem cum bona fide, quia tunc censetur cautus, & perfecta præscriptio hujus servitutis, quia aliàs non censetur intervenisse aliquis actus ex quo causetur possessio, & formetur præscriptio, & in expresse isto fundamento, & ratione istam sententiam, & conclusionem tenet Glossa singularis & ordinaria in l. qui luminibus ff. de servitutibus urbanorum prædiorum, & ibi notat & commendat Bartolus, Paulus, Florentinus, & communiter Doctores Glossa etiam similis, & ordinaria in l. 1. C. de servitutibus & aqua, in glossa lectura, & ibi Cynus 2. colum. 6. quæstione, & communiter alii Doctores Glossa etiam similis, & ordinaria in capitulo Abbae Sancti Sylviani, de verborum significatione, ibi Doctores, Roscedus in libellis suis in actione concessoria, 10. col. num. 29. Speculat. in rubrica de publicana

publicana, & de servitutibus, finali colum. vers. lo, sed pone habuisse. Bald. in §. prædiorum, Insit. de servitutibus rusticorum prædiorum, prima colum. in fine, & communiter alii Doctores. Faber. in paragrafo eque si agat, Insit. de actionibus, 9. colum. n. vigesimo, & ibi Angel. finali col. num. decimoquinto, Capolla in tract. de servitutibus, lib. 1. cap. 20. 3. colum. vers. quintum, quod requiritur; & ex prædictis se offert maxima, subtilis difficultas, scilicet, quæ sit ratio, per quam servitus discontinua non præscribitur tempore legitimo, & ordinario, sicut servitus continua, cum in utraque reperiat quasi possessio civilis, & naturalis; & illa civilis sit, & residat in persona domini fundi dominantis, & præscriptionis: & illa sola sit potissima, & principalis in causanda, & consummanda præscriptione, ut suo loco dixi, & illa sit continua, licet quasi possessio naturalis quotidie interruptur, quando actus ipse & usus servitutis non exercetur, & cetè est subleis, & difficultior difficultas quam viderim in materia servitutum. & jurium incorporalium, in qua possum dicere cum Acuto in leg. 3. infra isto titulo, miranda novitas, subtilis subtilitas, qui te ruminabit in qua reperio varias sententias & resoluciones, Confirmatur etiam, & augetur difficultas, quia usufructus, qui non percipitur nec colligitur continuo, sed semel in anno præscribitur tempore ordinario ratione quasi possessionis quæ relictur in iplo præscribente ut in leg. finali, Codice de longi temporis præscriptione.

Prima igitur solutio sit, quod in servitute discontinua nulla reperitur possessio civilis nec naturalis, quia cum quotidie debet actus ipse, & usus servitutis impediri, & interrupti, non videtur dominus fundi dominationis habere animum possidendi, cum conservatio naturalis possessionis sit immobilis, & in terminis istud est quo l. voluit text. ille formalis, & subtilis in leg. servitutibus la 4. ff. de servitutibus, titulo generali, cujus verba expressa hi. subijcia.

Servitutibus prædiorum rusticorum etiam si corporibus accedant, incorporales tamen sunt, & ideo usu non capiuntur vel ideo, quia tales sunt servitutibus, ut non habeant certam, continuamque possessionem: nemo enim tam perpetuo tamque continuo ire potest, ut nullo momento possessio ejus interpretari videatur. Confirmatur, quia ita demum possessio civilis est dispositione juris retinetur animo, quando ex qualitate rei vel cause non datur aliqua impotentia vel impossibilitas possidendi naturaliter quia hi datur, statim amittitur; ipsa possessio habilis, tanquam deficiente subiecto, & fundamento, in quo civilis possessio insisteret, ita text. singulari in jure in l. cum unus, §. fin. ff. de bon. av. ortuata jud. poss. text. in l. 3. §. Labeo ff. de acquirenda possessione, text. in leg. quod meo, §. fin. eodem titulo, text. in leg. Pomponius eod. tit. text. in l. 1. §. quod si servitus ff. de vi & vi armata. & ex hoc forte dicitur, quod præscriptio immemorialis non est proprie præscriptio sed potius habet vim tituli concessionis vel privilegii, text. est in l. hoc jure, §. ductus aqua, ff. de aqua quotidian & astiva, textus in capite 1. de præscriptione libro 6. & ibi communiter Doctores. Sed cetè ista solutio non satisfacit, nec concludit, quia si in hac servitute discontinua nulla daretur possessio, nullo modo posset causari aliqua præscriptio ordinaria, vel immemorialis, text. est in l. possessione ff. de usufructibus, text. in regula la sine possessione de regul. juris. libro sexto. & per

consequens, si non est inducta præscriptio, non potest habere vim tituli concessionis, vel privilegii.

Secunda solutio sit, quod fundus ipse dominans est, qui præscribit contra alium, & ei quaeritur præscriptionis, ille est possider, saltem naturaliter ad causandam, & complendam præscriptionem: unde sic cum usus, exercitium servitutis non sit continuum, merito interruptitur ipsa possessio, & per consequens, præscriptio, ita subtiliter probat text. in leg. qui fundum, ff. quemadmodum servitutes amittantur, textus in l. unus ex sociis, ff. de servitutibus rusticorum prædiorum. Confirmatur, quia jus servitutis active relictur, & acquiritur ipsi fundo dominantanti, & jus servitutis passive ipsi fundo servienti, & ei coheret, tanquam quadam qualitas, vel accidens, leg. qui aliena negotia, §. fin. ubi sententia prædicto datur, ff. de negot. gestis, & ibi notat & commendat Bartol. Paul. & communiter Doctores, text. in leg. via constituit, §. si fundus ff. de servitutibus rusticorum prædiorum, text. in l. cum fundo eodem tit. text. in l. si mihi, la prima, §. fin. eodem titulo, text. in leg. unus ex sociis in fin. eodem tit. ibi, Quoniam non persona, sed prædicto debetur text. in l. cum fundo ff. communia prædiorum, text. in l. 3. quemadmodum servitutes amittantur, text. in l. si is cui, §. fin. eod. tit. text. in l. testatrix, §. fin. ff. de servit. ven. text. in l. usufrui, §. 1. ff. de usufructu leg. text. in l. & non tantum, §. fin. ff. de petit. hered. textus in l. aqua ductus, ff. de contrab. empi. text. in l. alienario eod. tit. in l. 1. ff. de usufructu leg. text. in l. quid aliud, ff. de verborum signific. text. in l. 3. Cod. de servit. & aqua, & in est. cu istam sententiam & resolucionem ponit Bartol. in l. 1. ff. de acquir. poss. 4. col. num. 12. ubi dicit ista verba, & fundus ipse dicitur præscribere, & ideo si non habet causam continuam, non procedit usufructus, & ubi Aret. 10. num. 17. Rom. 7. col. n. 24. Ja. 17. colum. n. 73. Vincent. 32. col. num. 75. Ripa. 11. colum. n. 39. idem Bart. in l. justo, §. non mutat. ff. de usufructu, 1. col. num. 3. idem Bart. in leg. prima, ff. uti possidetis, 2. col. n. 6. Bald. in l. 1. Cod. de servit. & aqua, 1. colum. n. 6. ubi subtiliter loquitur idem Bald. in l. eodem titulo, col. num. 10. Franc. Bald. in tract. præscr. 2. part. 4. part. princ. 2. quæst. 4. col. num. 8.

Sed salva pace tantorum virorum illa solutio aperte est falsa, & nullo modo potest procedere, quia ipse fundus dominans, cum sit insanimatus, nullo modo potest possidere, nec præscribere, quia possessio civilis vel naturalis: vel utraque requirit animum & voluntatem acquirentis, text. est in leg. 1. §. adipsissimas, ff. de acquir. poss. ibi, quia affectionem tenendi non habent, text. in l. §. eodem titulo, text. in l. licet, eodem tit. cum similibus, quia animas & voluntas cessat in fundo; præterea nulla res insanimata potest aliquid acquirere, text. est in lege prima & per totum, Cod. per quas personas, text. in l. acquiritur ff. de acquir. rerum domin. & in expresse ita determinat Gloss. singularis, & unica in §. ex his, Insit. per quas personas, ubi dicit, quo sola possessio, cum sit in insanimata, nihil potest quaerere dominio, sed dominus ipse quaerit mediante possessione, tanquam instrumento, & ad hoc istam Gloss. reputat in jure singulare Bald. in l. penult. Cod. si a non competentis iudice, penult. col. reputat etiam unicum idem Baldus, in c. 1. §. si quis de manso, de controversia investitura in usus feudorum, penult. colum. Ja. in l. 1. ff. de acq. poss. 18. colum. num. 77. pro quo ego pondero noviter & subtiliter

ter tex. in fortiori terminis in l. 1. §. ceterum, de acquirend. poss. ubi habetur quod per servum, vel filium familiarum, mente captum non acquiritur dominium, vel patri possessio, nec aliud jus, quia medium per quod debet fieri alteri acquisitio debet esse habile saltem in facto secundum naturam, & habere rationem, & intellectum, licet sit inhabile respectu juris, quia servus, vel filius, & ad hoc notat & commendat Bart. & communiter Doctores ibi, ergo à fortiori res inanimata non poterit acquirere. Nec obstat, si dicatur quod bene intervenit animus ipsius domini tempore acquisitionis, sed postquam possessio est quaesita & in se producta, conservatur per ipsum fundum, & usum atque exercitium servitutis: quia respondeo, quod hoc est impossibile. Primum, quia sit animus domini sufficeret in acquisitione, à fortiori sufficeret in conservatione, argumento tex. in l. 2. §. quod autem ait prator, ff. de superficie, text. in l. incitus, de reg. jur. unde illa sufficeret ad causandam prescriptionem tempore ordinis. Secundum, quia si postea possessio rescideret, & conservaretur in fundo dominante, illa quoti die interrupitur, ergo nunquam posset compleri, argumento tex. in l. naturaliter, ff. de usucap. & sic aperte deducitur & probatur, quod possessio non rescidet in ipso fundo dominante, unde tertia & vera, concludens solutio fit, quod cum illa possessio causat prescriptionem etiam in servitutibus, & iuribus incorporalibus discontinuis, & rescidet in ipso dominio fundi dominantis tam tempore acquisitionis quam etiam postea, sed illa niuitur, & fundatur in ipso usu, factio & exercitio naturali servitutis, non quod interruptio possessione naturali interruptatur ipsa civilis, quia secundum hoc nunquam esset causari, & compleri prescriptio: sed per hoc differunt, & extenditur tempus prescriptiois propter intervalum, & discontinuitatem actuum, exercitium ipsius servitutis prescribenda: & consumatur, quia cum utilitas prescriptionis, & servitutis, debet quæriri ipsi fundo, & in eo residere, ut in l. qui aliena negotia, §. fin. de neg. gest. cum simil. merito regulatur ab actu, & exercitio in eo facto saltem, ut differatur, & extendatur tempus prescriptiois ejus, & ita probat textus in l. servitutibus, §. ff. de servit. & ibi declarat solus Paul. 1. colum. n. 6. Confirmatur subtili ratione, & consideratione, quando quis possidet mediante alio, puta, procuratore, colono, inquilino, filio, vel servo, & talis procurator, colonus inquilinus, filius vel servus expellatur à detentione, & insistentia rei sitim dominus qui possidebat per eos amittit possessionem etiam civilem, quam retinebat in animo, quia talis civilis possessio vitur, & fundatur in illa detentione, & insistentia naturali illius tertii, & quodammodo dependet ab ea, unde merito ea subiacet, vel interruptitur, perditur, & interruptitur ipsa possessio civilis quæ erat, & rescidet in persona domini, licet secus sit, si ipse dominus expelleretur, & non detentor, quia non amittit naturalem, quam retinet per alium, nec amittit civilem, & quam retinet per se, quia censetur ac cessoria, & dependens ab illa naturali, tex. est in l. 1. §. quod si servus, ff. de vi. & vi armata, tex. in §. non alii autem, vers. 1. ejusdem legis, & ibi Gloss. ordinaria. Bartol. Alber. Angel. & communiter Doctor. sic ergo dicamus in proposito quod cum dominus fundi dominantis habeat, & conservet suam civilem possessionem, mediante facto, & exercitio naturali, quod sit

& exercetur in fundo serviente, merito illo interruptodiffertur ex juris dispositione prescriptio servitutis discontinuæ, & extenditur in longius tempus, scilicet immemorabile, & in hoc extat, & consistit, verus, & mentalis intellectus & declaratio hujus articuli. Secundum confirmatur, quia in servitutibus est valde stricta, & restringenda prescriptio, & in tantum quis acquirit jus servitutis, in quantum appetitur possessum, & ad aliud non extenditur: tex. est singularis in jure in l. 1. §. Julianus, ff. de vineis atque privatis, & ibi notat Bart. Alber. & communiter Doctores: ita ergo dicamus in proposito, quod cum actus naturalis factum, & exercitium servitutis discontinuæ non sit continuum, merito requiratur majus tempus, hoc est immemorabile, & non sufficiat ordinariam. Nec obstat predictis difficultas subtilis superius tacta, quod usufructus est servitus discontinua, cum semel in anno, vel maximo intervallo exercetur, & colligitur ut fructus, & tamen prescribitur tempore ordinario decem, vel viginti annorum sicut quælibet alia servitus continua; quia respondeo, quod talis usufructus est servitus personalis, vel mixta, & continua, & coheret personæ prescribentis, & non prædii, & animus ejus est continuus, & non interpellatur, & ideo prescribitur tempore legitimo & ordinario, sicut quælibet alia servitus continua, tex. est formalis & expressus, qui sic debet intelligi in l. fin. Cod. de longi temp. prescrip. junctâ communi opinionioni.

Advertendum tamen pro complemento materie, quod licet in acquirendo dominio in aliqua re, vel fundo, vel in acquirendo servitute, vel, j re in corporali requiratur traditio ejus, vel usus, & exercitium, ut supra dictum est, tamen non requiritur traditio, vel acquisitio possessionis ejusdem rei vel fundi, si sufficit nuda tantum, & simplex traditio, & apprehensio rei, quod declaro illo modo: nam si fundus meus sit penes alium, & ab eo possideatur, & talem fundum vendam, vel donem alteri, vel in eo servitatem constitutam, & presente tertio possessore, vel eo absente clam, vel palam inducam emptorem in detentionem ejus, statim quaeritur emptori verum, & perfectum dominium rei vel fundi, vel servitutis licet nullam quaerat possessionem, & in expresso itam sententiam, & conclusionem probat textus singularis & unicus in l. si fundum, ff. de fundo dotali, ubi habetur quod si fundus maritæ erat penes aliquem bonæ fidei possessorem, quæ cæperat, eam prescribere, & talis maritæ nupti alioqui viro qui dedit illum fundum in dorem, talis fundus efficitur dotalis, & per consequens dominium ejus transit in maritum, quo casu si prescriptio fuerit consummata culpa & negligentia mariti, rem periculi sui fecit, & tenetur uxori ad restitutionem, vel interesse; quia licet rea vel fundus dotalis non possit prescribi, quia est species alienationis, ut in l. alienationis verbum, ff. de verborum significatione, §. in l. ubi lex, ff. de usucapion. & in l. 2. Cod. de usucap. pro tempore, tamen debet intelligi, quando inchoaretur prescriptio, postquam jam res, vel fundus esset dotalis, & prohibitus alienari, secus verâ si ante ea, quia tunc bene potest perfici, & consummari, & ad hoc illum textum notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, Olofred. Bartol. Bald. Siclycet

Siclycet. & ad hoc illum textum dicit singulariter, & unicum Bald. in rubr. de causa possess. & propriæ, 3. colum. num. 10. idem etiam reputat singulariter Bald. in l. 1. in fin. Cod. de longi temp. prescrip. illum etiam reputat singularem, & unicum Nicol. de Neap. Cuman. & Alexand. in l. si in filiofamilias, §. 1. ff. solut. matrim. illum etiam notat & commendat Petr. in l. fin. Cod. in quibus caus. resit. in integrum, non est necess. 3. colum. & ibi Cynus 2. col. Alberic. 3. colum. Bartol. 3. colum. Paul. 3. col. Salyc. in colum. notat etiam & commendat. Rosfred. in libellis suis in rubrica de rei vendit. 3. colum. & eadem ratione idem esset dicendum in rebus majoratus, in quibus inchoaretur prescriptio, antequam essent postæ, & inclusæ in majorato, quia posset compleri prescriptio. Ex quo textu sic in electio & de rato inferretur & probatur aperte nostra superior conclusio, quod in acquisitione domini non requiratur possessio, sed nuda, & sim lex traditio, & detentio: nam cum dicat, quod si mulier dedit fundum in potem, qui erat apud alium bonæ fidei possessorem, talis fundus efficitur dotalis, & per consequens dominium ejus transit ad maritum: ergo necessario debet intelligi quod intervenit nuda & simplex traditio, & detentio ejus, qui aliâ non potuit in maritum transferri dominium etiam ex causa, & titulo dotis, ut est textus junctâ Glossa singulari & unica in l. ff. de usufructione pro dote, & communiter Doctores & aliâ divi suo loco, non verò fuit quaesita possessio, cum esse penes bonæ fidei possessorem, & per illum text. itam sententiam & conclusionem tenet ibi Gloss. prima & ordinaria secundum opinionem Joan. & ibi notabiliter Olofred. in col. Bartol. Bald. Salycet. & communiter Doctores, antiqui; & per illum text. ita tenet Gloss. ordinaria in l. cum res, Cod. de probat. & ibi Petrus, Cyn. Jacob. Butr. Bartol. Bald. Angel. Salic. Paul. & communiter Doctores tenet etiam Gloss. in l. 1. §. sed per eum, ff. de acquirend. possess. & ibi Imola, Cuman. & alii Doctor. Gloss. etiam in l. 2. Cod. de acquirend. possessione, & ibi Cynus Jacob. Butrius, Alber. Baldus, Angel. Salycet. & communiter Doctores. Gloss. etiam in l. qui prædium, Cod. de distract. pignor. & ibi Bald. Angel. Salyc. & alii Doctor. Gloss. etiam in §. per traditionem, Instit. de rerum divisi. & ibi Bald. Angel. Platea & communiter alii Doctores Bartol. in l. Celsus, ff. de usufruct. 2. colum. num. 11. Idem Bartol. in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquirend. possess. 1. colum. num. 3. Idem Bartol. in l. interdum, §. fin. & ad hoc ille textus notat & commendat Bald. in rubr. de caus. possess. & propr. 3. col. num. 10. & illum textum ad hoc reputat singularem, & unicum Bald. in cap. cum contingat, de dolo & contumacia, fin. colum. reputat etiam singularem Salyc. in l. traditionibus, Cod. de pact. fin. col. reputat etiam singularem Arctin. in rubrica, ff. de acquirend. possess. 1. colum. & ibi Sal. 3. colum. num. n. 8. & notat etiam & commendat Paul. ubi bene declarat in l. 2. §. 1. ff. de allion. emp. idem Paul. in dist. lege traditionibus, Cod. de pact. idem Paulus in l. naturaliter, §. nihil covare, ff. de acquir. possess. 2. colum. num. 4. Angel. in l. rei commodati, ff. commodati, Socin. in l. lalam poss. §. quid ad nudinas, ff. de acquirend. possess. In §. sic itaque Instit. de act. pro qua communi sententia, & conclusionem bene facit textus in l. traditionibus, Cod. de pact. ubi cum misterio, & effectu dicit textus quod traditionibus transferretur dominium, & non dicit possessio nibus, facit etiam text. subtiliter inductas in l. ho-

mo liber, §. quicquid, ff. de acquirendo rerum dominio ubi dicit textus, quod si homo liber, vel servus alienus bona fide possideatur ab aliquo, non quaerit possessor dominium rei quaerere, vel vero domino vel sibi ergo bene probatur, quod ex titulo, & sola traditione, & detentione quaeritur dominium sine aliqua possessione, quia talis servus non potuit acquirere possessionem, cum ipse possideatur à bonæ fidei possessore, & ibi tenet Gloss. ordinaria, & Doctores antiqui, tex. in leg. quidquid filius, versic. amplius, ff. de acquirenda possessione, textus in l. eo tempore, §. si ff. de pecul. textus etiam formalis & expressus in l. per traditionem Instit. de rerum divisi. Cujus ratio licet à Doctoribus non ponatur, potest esse vera, & mentalis, quia de jure antiquo naturali ex sola apprehensione, & nuda detentione acquiratur dominium, & non consideratur, nec erat cognita aliqua juridica possessio, ut in l. ff. de acquirend. possess. cum similib. ergo licet hodie in rebus non vacantibus in acquisitione domini requiratur titulus & traditio, tamen debet intelligi, quod requiratur sola nuda traditio, & detentio facti, sicut olim requirebatur, nec in ea reperimus aliquid immutatum, & itam rationem sentit subtiliter Bald. in l. ea lege, Cod. de cond. ob causam. 1. colum. idem Bald. in l. 1. Cod. de usufruct. pro donat. ubi dicit, quod in acquisitione domini, etiam hodie requiritur traditio, quia principia naturalia non debent, nec possunt in totum removeri ab actibus hominum: ergo hodie bene sufficit illa nuda, & simplex traditio, & detentio sine aliqua possessione, sicut de jure naturali. Ex qua communi sententia & ratione infero unum novum & subtile, quod si mediante titulo tradatur res, & similiter plena possessio, ejus dominium quaeritur ex titulo & nuda ac simplici traditione, & detentione, non verò ex ipsa possessione: & in terminis ita tenet Petr. de Bella perita in l. licet, Cod. de acquir. possess. reputans subtile & singulare ad multa.

ANNOTATIONES.

Servitus personalis est illa) Vide quæ hæc de re jam statim observavi in istomet tract. c. 10. lib. 1. F. Dico quod quidam est usufructus.) Recepit et hæc usufructus divinus, ut constat ex sal. in si quisque agit n. 4. Instit. de allion. Mutant in si perit, n. 175. ff. de acquir. hered. quæ si ad vivam recedat, proculdubio vana ac falla est ut recte existimaverunt Equin. Baro in print. Instit. de usufruct. Dicit in l. si ita stipulatus, ff. de verborum obligat. Coman. lib. 4. comment. par. in cap. 3. Coras lib. 3. miscell. cap. 3. at si quidpiam commisit facultatis gratia docentibus concedendum est, non omnino exploitanda duci debet, ut prædenter constituit vir doctissimus, & quovis lapidis genere dignissimus Actus Pinelus in l. 1. p. 2. n. 9. consp. C. de bon. mar. Testis est notabilis & subtilis) Notabilis proculdubio, textus ipse haberi debet in l. si alii 19. ff. de usufruct. leg. complures enim illius ignari contrarium non de nihilo putant, maxime ex §. 1. Instit. de usufructu, commendatur igitur merito à nostro Gomez in præfati à Cagno. in toto jure, numero 13. ff. de reg. jur. de cuius materia videtur etiam Franch. Rip. in l. re conjuncti, n. 40. ff. de leg. 3. Ego tenes contrariam sententiam) Hæc eadem opinio placuit etiam Joan. Grot. in reper. leg. à fratre n. 21. ff. de condit. in reb. sed mihi & iniquæ & falla ac minus interpretibus probata videtur, nec enim pater istud castrense peculium tam hereditatis, quam patris potestatis eis jure consequitur, ut merito contrarium magis recep. tum docent Alex. in l. si finita, §. de vicariis lib. ff. de nam. in fin. Alex. idem numero 3. Dec. n. 4. in l. 3. §. si filius ff. quod quibus juris Nicol. Boet. de off. 7. num. 4. Dicit à Covarr. lib. 2. resolut. cap. 8. n. 7. vers. hinc ap. pater.

- ad heredes, de primis intelligitur.
- De aliis institutionibus Gomezii, & usufructu relictio civitatis.
- Morte civitatis amittitur usufructus.
- 20 Usufructus consolidatus cum proprietate, an intelligatur acquisitus ex causa lucrativa, etsi amissus originalis sit onerosus.
- Usufructus consolidatus an dividatur inter virum & uxorem tanquam lucratum constante matrimonio.
- 21 In quo differat promissio servitutis ab ipsa servitute.
- 22 De ratione quare in hypotheca ex solo titulo sine traditione transferatur jus in re.
- De effectibus, & illationibus resubstantibus, ex hoc quod solo titulo, seu conventionione non transferatur reale servitutis, sed tantum obligatio personalis ad eam constituendam.
- 23 Actio, vel obligatio personalis, an extinguatur extincta re, cuius respectu contracta fuit.
- 24 Traditio in servitutibus qualiter fiat.
- De secundo modo quando quis mittit servitutem, sciente, & patiente domino.
- Quid si titulum servitutis habeat, à non vero domino.
- 25 De prescriptione servitutis personalis.
- De prescriptione jurisdictionis.
- 26 Servitus realis continua, vel quasi, quomodo prescribitur.
- 27 Servitus realis intere discontinua quo tempore prescribitur.
- Quid si servitutibus negativis?
- De immemorabili prescriptione, & quod habeat vim tui, seu privilegii.
- 28 In iuribus incorporabilibus an requiratur acquisitio possessionis in fundo servitutis, vel iustitiam traditio.
- De servitute constituta in testamento.
- 30 De collectis impostis per dominos vasallii.
- 31 De usufructu arrogari an queratur arrogatur & quid in monachis, an acquiratur monasterio.
- 32 De pñctis, & eorum usufructu.
- 33 De usufructu legato donec Titius ad 25. annum pervenerit, an eo antea moriente finiat, & alia plura.
- 34 An per professionem filii usufructus adventurum pertineat Monasterio.
- Et ibi de patre vel alio usufructuario proficiente in Religione capaci, vel incapaci succedendi.
- 35 Usufructu an sit pars domini.

DE materia servitutum agunt latissime præter ordinarios, Capola in speciali tract. de servitutibus, Petrus Gregorius in syntagm. lib. 4. quali per totum, Card. Tufchus litter. S. conclus. 221. & seq. usque ad 233. Duarenus, Cujacius, & reliqui ad titulum ff. de servitutibus. Zalius in §. aque si agat, Institut. de actionibus, Connan. lib. 4. commentariorum, cap. 7. & seq. optimè Meneffus in rubrica, & per totum titulum C. de servitutibus, & aqua, Molina de iustitia, tom. 1. tract. 2. disp. 11. per totum, & disp. 70. ubi de eorum prescriptione, Charondas lib. 1. verosimil. cap. 5. Goveanus lib. 1. variarum, cap. 14. Parladorus lib. 1. verum quotidianarum, cap. 11. §. 8. ubi de eorum prescriptione, de qua etiam Covar. in regula, possess. 2. part. in principio, Morla in empirio, hoc tit. ubi latè, Pichard, Institut. de servitutibus, & in materia de individuis, quam ponit in §. finium, Institut. de officio iudicis,

cap. 11. & latissime Castillo in tract. de usufructu, per totum, Felicianus de censibus, lib. 3. cap. 4. numer. 12. & seq. ubi etiam de prescriptione servitutum, Antonius Trigona singulari 109. Menochius de reinenda poss. remedio 6. num. 125. & seq. Osuald. ad Donell. lib. 10. iterum Parladorus differentia 79. 81. & 83. Caneerius variarum 3. parte, cap. 4. per totum, & plurimos referens Barbosa in collectanea ad titulum C. de servitutibus, & C. de usufructu, Thomas Sanchez in summa lib. 7. cap. 13. per totum.

Ad num. 1. ibi: Dico quod tres sunt species 2 principales servitutum, &c.

Et ibi: Posset tamen propriè verificari, &c.

Triplex esse servitutem, personalem scilicet, & realem, & mixtam: Et personalem posse esse, & vocari, quando dominus servi concesserit alteri aliquas operas in eo, mixtam vero appellari quæ debeat ad re personam, in usu scilicet, & usufructu, & habitatione, ut hæc resolvitur, teneantur aliqui, ut videri potest per Capol. in tractatu de servitutibus, cap. 1. & per Tufchum lit. S. conclus. 223. & per Molinam de iustitia, tom. 1. tractatu 2. disp. 11. num. 10. & per Dominum Joannem del Castillo, in tractatu de usufructu, cap. 28. num. 2. Vera tamen & tenenda sententia est, usufructum non mixtam, sed personalem servitutem esse, ut docet Connanus lib. 4. commentariorum, cap. 1. num. 1. & cap. 7. n. etiam 1. & Pichardus in rubrica, Institut. de servitutibus, num. 4. De Larrea allegatione fiscali 120 num. 4. Barbosa in l. 8. ff. soluto matrimonio. 2. parte, n. 38. & in l. quia tunc, num. 16. & 18. Morla in empirio, tit. 6. quali. 1. per totum, ubi latè disputat, & explicat, D. Joannes del Castillo d. cap. 28. ex num. 2. qui omnes duplicem servitutem enumerat, realem scilicet, & personalem, per eos videri potest, quamvis aliam, & latiore divisionem faciat Petrus Greg. in syntagm. lib. 4. cap. 1. & 2. vide etiam Thom. Sanchez in summa, lib. 7. cap. 13. num. 3. & 4. & Larum de Anvers. lib. 1. cap. 2. n. num. 8. ubi an servitus realis constituat, ex eo quod aliquis promisit non aperire fenestram in pariete.

Ad num. 2. ibi: Quidam est usufructus causalis, &c.

Usufructum causalem appellari utilitatem, quam quis in sua propria re habet, & non esse nec dici servitutem, ut resolvit Gomezius docet Peralta in l. Lucio ff. de legatis, 2. n. 4. Gratian. discept. c. 216. n. 6. & c. 519. n. 28. Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, 2. p. n. 9. & 10. Padilla in rubrica, C. de servitutibus n. 7. Caneerius in l. qui usufructum ff. de verborum obligationibus, Castillo in l. 48. Tauri, versic. quod ad secundum, Molina de iustitia, tom. 1. tract. 2. disp. 7. n. 9. Morla in empirio, tit. 6. questione 1. num. 7. Tufchus littera V. conclusione 301. Thomas Sanchez in summa lib. 7. cap. 11. n. 3. & alii fere infiniti in unum congesti per dominum Joan. del Castillo in tractatu de usufructu, cap. 1. n. 16. quos ipse sequitur, respondens argumentis recentiorum, qui contrarium docuerunt; prout etiam docuit Pichardus Institut. de usufructu, in principio, n. 1. ubi asserit falsam, & comentitiam esse prædictam communem sententiam distinguentem usufructum causalem, & formalem cum vide, & Oddus ad Don. lib. 10. ca. 2. & 4. & Parladorus num. seq. relatum.

Ad num. 3. ibi: Quidam est usufructus formalis, &c.

Definitionem usufructus formalis hæc traditam à nostro Gomez. & qualis sit is usufructus diversus

diversus à casuali? comprobant Capola de servit. urban. c. 4. Connan. lib. 4. comment. c. 1. Pinell. in l. 1. C. de bonis maternis 2. p. n. 9. & 3. p. ex n. 1. Parl. lib. 1. quodid. c. 4. n. 9. & differ. 29. qui agunt de diversitate usufructus casualis, & formalis, & explicatione utriusque: circa definitionem autem usufructus formalis videre poteris Cujacium in paratielis ad lib. 3. Cod. tit. de usufructu, Duarenum ad titulum ff. de servitutibus, in principio, Tufchum lit. V. conclusione 301. Petrum Gregorium in syntagmate, lib. 4. cap. 3. num. 2. Antonium Gabrielem in suis communibus, tit. de usufructu, conclusione 1. Morlam in empirio, tit. 6. quasi. 1. num. 6. Pichardum in principio Institut. de usufructu, num. 2. Molinam de iustitia, tom. 1. tract. 2. dispositione 7. num. 1. & latissime eam explicantem D. Joannem del Castill. de usufructu, cap. 4. per totum, ubi fere infinitos refert: Et in cap. 5. & Osualdum supra.

Ibi: Idem etiam constituitur in rebus mobilibus quæ usæ consumuntur, &c.

Usufructum constitui posse in rebus quæ usu consumuntur, facta eorum æstimatione, & præstita cautione de ea restituenda finito usufructu, ut hic resolvitur, docent & explicant Petr. Gregorius in syntagm. lib. 4. c. 3. n. 12. Andreas Gail. lib. 2. observatio, 46. n. 3. Connan. lib. 4. comment. cap. 4. Pinell. in l. 1. Cod. de bonis maternis. 2. part. n. 78. Tufch. lit. V. concl. 304. ex num. 34. Molina de iustitia, tom. 1. tractatu. 2. dispositione 7. num. 10. Pichard, in §. constituitur, Institut. de usufructu, Fachinæus controversarum lib. 8. cap. 41. Castillo in tractatu de usufructu, c. 14. & alii penes ipso, & Barbosa in collectanea l. 4. Cod. de usufructu, & habitatione, num. 6.

Hæc autem cautio præstari debet, vel de restituendo res ejusdem qualitatis in genere suo, vel eorum æstimationem arbitrio ipsius usufructuarii, juxta communem resolutionem traditam à Fachinæo lib. 8. controversarum cap. 41. & à D. Joanne del Castillo, dicti tractatu de usufructu, cap. 17. ex num. 11. quæ ipse ibi impugnat; & numer. 18. & 19. declarat posse procedere ex voluntate, & consensu restituere debentis, & recipientis, vel quando ipsemet usufructarius simpliciter promittit æstimationem restituere tunc enim promissio servanda est. Verum enim verò certa resolutio in hoc sumenda mihi videtur esse cum Parrifio, Calvacano, Rolando, & ipsomet Castillo quos refert, & sequitur Barbosa in collect. ad l. 4. C. de usufructu, n. 6. nempe quod si prædictæ res usu consumptibiles fuerint æstimatæ, cautio de eadem æstimatione restituenda debet esse, ut etiam docuit Gratianus in reg. 279. num. 6. si verò diste res æstimatæ non fuerint, usufructarius tenebitur præstare cautionem de aliis rebus ejusdem qualitatis; & hõpñtatis in eodem genere restituendis; vide Caneerium variarum, 3. parte, cap. 20. ex num. 21. lae.

Magna autem est concertatio, quid dicendum sit, si usufructus relinquatur in rebus, quæ non penitus consumuntur usu, sed aliquatenus minuitur, ut sunt vasa aurea, vel argentea, & vestes pretiosæ, in quo post longam disputationem ipsemet Castillo d. c. 17. n. 30. docet eorum æstimationem faciendum, & restituendum finito usufructu, rejecta opinione eorum qui dixerant, easdem res esse restituendas in statu, in quo tunc temporis reperiantur, licet contrarium teneat Fachinæus lib. 8. controversarum, c. 41. vide omnino Caneerium variarum, 3. parte, cap. 20. ex num. 21. 3. lae explicantem.

Ex quo inferit ipse Castillo d. c. 17. n. 32. dominium ipsarum rerum, quæ aliquoties usu minuantur, in usufructuario transire, posseque de eis disponere, cum sit obligatus æstimationem restituere, ut dictum manet.

Ibi: Et addo quod prædicta satisfactio, &c.

Quando usufructus constituitur per contractum inter vivos, quod prædicta satisfactio possit remitti, secus si in ultima voluntate; docent Menchaca de successorum creatione, lib. 1. §. 7. num. 34. Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, parte 2. nu. 75. Sardus de Alimentis, tit. 9. questione 16. num. 23. Gutierrez in leg. nemo potest ff. de legatis, 1. num. 287. Castillo de usufructu, cap. 15. num. 14. & 15. quod etiam procedit usufructu rerum quæ usu consumuntur, Fachinæus lib. 8. c. 42. & Barbosa in collectanea l. 1. C. de usufructu, num. 5. & in c. uls. de pignoriibus.

Ibi: Item addo, &c.

Juratoriam cautionem sufficere, si usufructarius sit cauper vel forensis ut hic resolvitur, docent Pinellus in l. 1. Cod. de bonis maternis, 2. parte, num. 76. Gutierrez in l. nemo potest, n. 300. Caballinus milloquio 526. part. 2. & alii relati à Pichardo in communibus, verb. Usufructuarius, Barbosa in l. divorzio, §. interdem, num. 28. ff. soluto matrimonio, Cevallos questione 408. num. 5. & alii ab eis relati, à quibus non multum (videri meo) recedit Castill. in dict. tract. de usufructu, c. 18. ubi postquam quatuor opiniones retulit in hac questione, tandem in n. fin. totum hoc Judicis arbitrio relinquit, quod (ni fallor) optimè operabitur, si cum opinione nostri Gomez. juratoriam cautionem admittat, si usufructarius sit frugit probare, & hone stæ vitæ, secus si suspectus, & improbat, ut ipse ait: vide notata supra, c. 13. in fin. & novillimè Salgad. in labyrintho, 1. parte, c. fin. n. 158. ubi quod verior, & æquior opinio est, bona debere dari in depositum proprietario, seu alteri, ut ea admittat & tribua fructus usufructuario; vide etiam Caneerium 3. parte, c. 20. ex n. 218. & Barbosa in collectanea l. 4. Cod. de usufructu, num. 8. ubi num. 7. quid in donate tenento usufructu.

Ad n. 4. ibi: Item talis usufructus, &c.

Et uni, & pluribus concedi posse usufructum qui dividunt eum regionibus, vel locabunt alicui Tertio, modo explicato per nostrum Gomez. docent communiter Doctores, eum usufructus (ut jam dictum manet in c. de Individuis) omni respectu sit dividuus, maxime quatenus factam, & actuaalem fructuum perceptionem respicit, ut ait Corral. in l. via ff. de servitutibus, n. 15. Petr. Ricciardus in rubr. nisi de usufr. n. 147. Connan. lib. 4. comment. c. 5. n. 11. Gare. de expens. 10. n. 9. Pich. Institut. de usu, & habitatione, in prim. n. 4. & comprobatur, ex adductis à Cujac. recitationum solemn. in libris ff. in l. pro parte ff. de servis, & l. 2. ff. de servitute legata Zalius in l. stipulation. non dividuntur n. 8. ff. de verb. obligat. Parladorus lib. 1. quodid. c. 6. §. 1. n. 4. & Sanchez in sum. lib. 7. c. 13. n. 5. ubi quod in hoc casu est locus juri accretendi.

Ad num. 5. ibi: Item addo quod si testator, &c.

Et ibi: Sed suscipiendo prædicta iura, &c.

Quod si testator relinquit alicui talem fundum, & alteri usufructum ejus ambo concurrant in usufructu, secus si legatum fuerit generale omnium bonorum, relicto alteri usufructu talis rei, vel e contra; tunc enim non concurrunt in usufructu, resolvit Gomezius hic, & docent late comprobantes Covarr. variar. lib. 2. c. 2. n. 7.